

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Statuta Ruralis Capituli Linzgoviensis**

**Marquard Rudolf <Konstanz, Bischof>**

**Constantiae, 1699**

Caput VI. De electione, confirmatione, officio, iure & salario decani

[urn:nbn:de:bsz:31-129236](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129236)

Decorative floral border

# Caput VI.

## *De Electione, Confirmatione, Officio, Iure & Salario Decani.*

**N**E defectu capitis corpus languet, defuncto Decano, omnes Capitulares ad locum, quem Camerarius & major pars Deputatorum pro Electione aptiorem decreverint, convocentur, idque ad diem 30. si per loci commoditatem fieri possit, sumptibus partim Capituli, partim hæredum, si verò per resignationem in Conventu Capitulari, quo casu dies & locus maturè notificetur Reverendissimo Domino Vic: Generali, ut, si ita visum fuerit, aliquem Præsidentem ex Curia, aut ex vicinioribus Decanis destinare possit, qui Electioni præsideat, Ante initium Ele-  
cti-

tionis, si co  
Off: sole  
felici succellu  
riis Reverend  
gatus Decan  
præfixo com  
ejus loco sen  
sensu tamen  
in hunc Pra  
Electioni p  
lijs velut  
Ante Elect  
cio Decani  
nodal & sen  
no Præside  
no respectu  
eligant eun  
dignitate  
dendæ ratio  
rimorum tut  
tia omnium  
Præside pro  
no Electione

ctionis, si commodè fieri possit, fiat  
 Off: solemne de Spiritu Sancto pro  
 felici successu, si nullus ex Consilia-  
 riis Reverendissimi, aut vicinior dele-  
 gatus Decanus tempore electioni  
 præfixo compareat, Camerarius vel  
 ejus loco senior deputatus cum con-  
 sensu tamen Reverendissimi Officij  
 in hunc Præsidentem specialiter obtento  
 Electioni præsidebit, adhibitis 2. a-  
 lijs velut scrutatoribus ex Capitulo.  
 Ante Electionem prælegatur de offi-  
 cio Decani tit. 3. part. 2. Statut. Sy-  
 nodal. & seriò admoneantur à Domi-  
 no Præsidente, ut remoto omni huma-  
 no respectu, odio, aut singularitate  
 eligant eum, quem conscientia pro  
 dignitate functionis ac districtè red-  
 dendæ rationis unicè dictaverit. Plu-  
 rimorum suffragijs Electus in præsen-  
 tia omnium eligentium à Domino  
 Præsidente promulgetur. Electo Deca-  
 no Electionem de se factam acceptan-

te

te omnes ac singuli juxta ordinem sessionis successivè accedant, ei de more gratulantes, omnem in licitis & honestis obedientiam, ac Reverentiam promittant. Demum è loco Electionis ad Ecclesiam proceditur, & pro gratiarum actione sub compulsatione campanarum Hymnus: *Te Deum laudamus &c.* decantatur gloriosus. His finitis se conferunt ad moderatam refectionem, cui non diu immorandum, ut quisque maturè domum remeare possit. Ne Parochiani circa curam animarum periclitentur.

Decanus noviter Electus non fungatur suo officio, nisi facta priùs à Camerario apud Reverendissimum Vic: Generalem præsentatione, ac desuper impetrata confirmatione. Taxam litterarum confirmationis, & compulsorialium solvit Camera Capituli, litteras confirmationis, & compulsorij, à Reverendissimo

88.)  
 dissimo Vicar  
 in proximo C  
 praeleget Came  
 peracta, confu  
 ta manu spon  
 reverentiam.

Decani officio  
 sed gravem &  
 gationem, na  
 storum ideo  
 ut ejus solert  
 licitudo Episc  
 labore proin  
 simul & profic  
 Clero, aut turp  
 gregis factus ex  
 rit Princeps P  
 cesabilem cor  
 ricos non ut  
 tres tractet,  
 cordiali eos p  
 nignè consol  
 tem, ac in vi

dissimo Vicariatûs Officio impetratas, in proximo Capitulari Conventu præleget Camerarius, qua lectione peracta, confirmato Decano stipulata manu spondebunt obedientiam, & reverentiam.

Decani officium planè leve non est, sed gravem & magnam involvit obligationem, nam tanquam Pastor Pastorum ideo Clero Rurali Præfectus, ut ejus solerti studio & vigilantia sollicitudo Episcopalis sublevetur. Al-laboret proin, ut ita alijs præsit, ut simul & prosit: *non quasi dominans in Clero, aut turpis lucri gratiâ, sed forma gregis factus ex animo, ut cum apparuerit Princeps Pastorum, percipiat immarcescibilem coronam gloriæ 1. Pet. 5. Clericos non ut subditos, sed ut Confratres tractet, amore & benevolentia cordiali eos prosequendo, afflictos benignè consolando, immorigeros autem, ac in via veritatis aberrantes ad saniora*

saniora vitæ suæ consilia reducendo ,  
 atque ad semitas rectas dirigendo , ne  
 quisquam suorum ipsius socordiâ aut  
 somnolentiâ in viam iniquitatis ab-  
 eat , ac pervertatur. Capituli sui  
 districtum unacum Camerario singu-  
 lis annis aut saltem alterno anno ( ni-  
 si evidens causa contagionis , pericu-  
 losi temporis , aut alterius incommo-  
 datis obsistat ) non obiter perlustret ,  
 sed omni sedulitate cuncta scrutetur ,  
 visitationis scopum probè attendat ,  
 ut videlicet doctrina Orthodoxæ fidei  
 ubique floreat , devotiones , & boni  
 mores vigeant , pravi corrigantur , &  
 per Clerum bono exemplo , prælu-  
 centem populus zelosis exhortationi-  
 bus ad religionem , pacem , christia-  
 namque pietatem accendatur , quod ,  
 ut eò feliciùs succedat , utatur con-  
 sueta quæstionum forma , præscripta  
 in modo visitandi diœcesin Constant.  
 typis impresso , & tam de statu perso-  
 narum ,

narum , quâ  
 Defectus minor  
 det , maiores d  
 pro opportuni  
 ctione Reveren  
 perribat. I  
 Decanus dilige  
 reparationem  
 & beneficiali  
 cimatores jux  
 tur hujus rep  
 fabricæ , aut  
 onus incumba  
 faciliùs omnis  
 tolli possit. V  
 beant rotulos  
 redditus bene  
 genter annot  
 rò in visitatio  
 parcatur sum  
 ita , ut præter v  
 ribus , pedello  
 derateque pro

narum , quàm Ecclesiarum inquirat] Defectus minores corrigat , & emendet , maiores difficultates , & excessus pro opportuniore remedio & correctione Reverendissimo Vic. Generali perscribat. In hac ipsa visitatione Decanus diligenter inquirat , quis ad reparationem ædium Parochialium , & beneficalium adstrictus sit , an Decimatores juxta Conc. Trid. fungantur hujus reparationis officio. An fabricæ , aut Beneficij possessori hoc onus incumbat , ut imposterum eò facilius omnis difficultas & contentio tolli possit. Item , an Parochi habeant rotulos seu Registra , in quibus redditus beneficales veraciter & diligenter annotent , & conscribant? Porro in visitatione Decanali omnibus parcatur sumptibus non necessarijs , ita , ut præter victualia , quæ visitatoribus , pedello , equis , frugaliter , moderateque pro temporis necessitate ,  
mini.

ministranda sunt, nihil extorqueatur, aut accipiatur. Quoad sumptus visitationum pro victualibus, equis, & equino pabulo factos antiquissima consuetudo est, ut illi inter visitatas personas, & Ecclesias justè dividantur, tali modo, ut Parochus unam, Fabrica Ecclesiæ Parochialis etiam unam integram, Capellanus verò aliquis dimidiam, & Capella pariter dimidiam supportet & solvat portionem, reliqua sui officij munia Decanus gnauiter exequatur, Jura Episcopalia pro viribus tueatur, nihilque iis aduersum committi patiatur. Viduatibus per obitum Confratrum Ecclesiis per mensis spatium per se, aut per alium idoneum Sacerdotem debite provideat, ne cura animarum in minimo periclitetur. Diem obitus Confratrum maturè notificet, in confessione Inventarij, obsignatione, extraditione hæreditatis taliter se gerat,

ut, ut nemini  
sam præbeat,  
Jura quod a  
jores nostri, u  
justitiæ, qua  
in celo pro m  
tur) in hac vi  
nis habeat, p  
bus, & Bann  
nos. In an  
jores, quàm  
sentias habe  
7 florenos, s  
rum statutor  
um Capitula  
batur dare  
tum, vel pro  
quæ consuet  
tulis observat  
tio pronunc  
linquitur.  
annuo Capin  
primo, septi



rat, ut nemini justam querelandi an-  
sam præbeat, & in jure suo lædat.

Jura quod attinet, statuerunt ma-  
jores nostri, ut Decanus (cui corona,  
justitiæ, quæ pro Deo laborantibus  
in cælo pro mercede deposita reserva-  
tur) in hac vita aliquid remuneratio-  
nis habeat, proinde de consolationi-  
bus, & Bannalibus percipit 2. floren-  
nos. In anniversario Conventu ma-  
jores, quàm cæteri Confratres, præ-  
sentias habet, 2. videlicet Bursas &  
7 florenos, 31. cruc. Vigore antiquo-  
rum statutorum quilibet in Collegi-  
um Capitulare noviter susceptus tene-  
batur dare Decano pileum quadra-  
tum, vel pro eo medium imperialem,  
quæ consuetudo etiam in alijs Capi-  
tulis observatur. Hæc tamen præsta-  
tio pro nunc cujusque discretionis re-  
linquitur. Oblationes, quæ fiunt in  
annuo Capitulari conventu, exequiis,  
primo, septimo, & tricesimo defun-  
ctorum

etorum Confratrum cedunt Decano, ex cuiuscunque Confratris defuncti suppellectile accipiet Decanus superpelliceum, & ex Bibliotheca librum, qui tamen pretium 6. fl. non excedat. sicut denique mortuo aliquo Parocho Capitulari per se vel per alium substitutum infra mensem Ecclesie viduatæ providet, ita beneficij fructus pro rato temporis percipiet, sic tamen, ut proportionatam etiam expensarum partem in se recipiat.



## Caput VII.

*De Electione, Officio, & Salario Camerarij, Secretarii, & Deputatorum.*

**D**Um officium Camerarij quocunque

que modo va  
bet, ut locum  
Dominis Capit  
que convocet  
pellanos sibi a  
jungendo, al  
fidelitatem &  
tionis actu ser  
& inde omni  
colligat con  
fraudeque ca  
um, per maj  
ris promulget  
latam manum  
mante, quod  
cio rite fung  
tiam in Electi  
Deputatorum  
Porro Cam  
gatio in gene  
Synod. tam m  
quam minorib  
rarij, secundu